

Ec sunt Rubrice statu  
torum criminalium.

Rubrica generalis de ordine proceden  
di in criminalibus. fo. 1

De accusationibus et denuntiationibus. fo. 1

De accusa seu denuntiatione data excoꝑlata fo. 1

Qualiter debet procedi per officium. fo. 2

In quibus casibus potest inquiri et procedi per officium. fo. 2

Qualiter possit procedi contra nominatos vel  
calumniatos per malefactores. fo. 2

Qualiter possit inquiri procedi et cognosci de ma  
leficijs pmissis ante introitum fignimul potestatis

Arbitrius uicariorū dñi mli pcedēdi i crialib⁹

Qualiter requisitio in maleficijs sit faciēda.

Rubrica de forma citationis in crimina  
libus in scriptis danda seruitori.

Quod citatio maleficij fiat i p̄sentia testium.

De relatione seruitoris scribenda in quaterno

Quod bannum maleficij portetur notarijs ban  
norum in pallatio

Quod bannum maleficij nō cāzelet sine p̄cepto  
et causa scripta. fo. 3

Quod i banno maleficij exprimat̄ maleficium  
propter quod datur bannus

Quod non possit cognosci de banno maleficij  
p̄cepto nisi in certo casu

Quod i dillatiōe seu terio n̄ p̄putet̄ dies termini

Quod ultima dies termini seu dillationis non  
computetur in termino

Quando tempora p̄rogata incipiant currere.

Quod calumniatus teneatur venire p̄sonaliter

Quod nullus satisfans idonee detineatur

Quod p̄ ordinarijs iudicē cesset extr̄ordinarijs

Quod capitala intelligantur admitt̄

De testibus diligenter interrogandis.

De tormentis seu q̄stioibus De eodem

De pena torquentis aliquem fo. iij

Quod dictum tormentati nō recipiatur in camera  
seu loco ubi sit curtus.

Quod i testis n̄ possit torq̄ri nisi usq̄ illi dicat falsa

Quod nullus corporaliter puniatur nisi lege  
municipali caueatur.

De d̄fensioe p̄pet̄i d̄da ante condēnationem

Quod d̄fensioes fiant pure et nō sub cōditione.

Quod condēnationes et absoluciones fiant in  
quaternis et non in listis

De quibus condēnationibus non potest co  
gnosci. fo. v

De eodem. fo. 6.

Quod b̄nitijs criminalib⁹ n̄ possit appellari fo. 6.

Quod b̄nitijs soluta d̄fensioe cāzeletur d̄ b̄no. fo. 6.

Quod processus et condēnatio facta contra  
illum qui soluit vel paruit nō ualeat. fo. 6.

De tēpore infra q̄ potestas teneat punire vel  
relassare b̄nitos et captos pro maleficio. fo. 6.

De arbitrio p̄cesso potestati et qualiter. fo. vi

Quod condēnatiōes et absoluciones fiant i p̄silio  
uel i broleto uel ad arengberiam.

Quod i d̄fensioib⁹ ponat̄ nomē et cognomen  
condēnati et patris et fideiussoris.

De d̄fensioib⁹ et processibus factis i cōitatu  
mli presentandis ad cameram.

Quod processus et d̄fensioes possint fieri licet  
nomē uel cognomē rei nō sit in eisdem.

Quod spoliatus restituatur in possessioe i qua  
erat tempore spoliationis.

Quod diminatur medietas pene pecuniarie  
confitenti delictum.

De d̄claratiōe certorū v̄borū i casis criminalib⁹ fo. 7.

Rubrica generalis de penis criminum  
et de homicidijs. fo. viij

De pena homicidiarū.

Quod paracida capite puniatur. fo. 8.

De pena rapientis mulierem honestam. fo. 8.

De pena mulieris habentis maritū comitten  
tis sponte stupram seu adulterium. fo. 8.

Quod sodomite igne concrementur.

De pena tenētis seu exercētis p̄uatus carceres

De pena tenentis aliquē inclusum et qui non fe  
cerit eum redimere.

De pena tenentis aliquem ligatum uel captum  
si fecerit eum redimere.

De pena illius qui per metum fecerit aliquem  
redimere et si tenuerit eum captus fo. viij

De pena trabutantis aliquem.

Quod fures et latrones impune possint capi  
dum consignentur.

Quod scachum et robaria idem intelligantur.

De pena cōmittentis robariam uel scachum  
extra ciuitatem et terras et domos.

De robaria et scacho p̄missio i ciuitate uel terra  
uel domo cohabitata

De pena plagiarū.

Quod n̄ procedatur p̄ officijs nec sup̄ accusa  
lata de derobatione si docuerit q̄ fecerit ad  
executionē p̄cepti iudicis fo. viij

Quod uenefici incantatores capite puniantur





Quod nullus emat lanam nisi ballam integram. fo. cc xxxi.  
Quod nullus vendat lanam alicui persone nisi ballam integram.  
Quod pro qualibet balla solvantur imperiales duodecim.  
Quod nullus presumat aliquid dicere in seruitio alicuius qui commiserit furtum.  
Quod nullus faciat laborare lanam alicui persone que non sit de dicta societate.  
Quod si aliquis sustinuerit aliquod damnum in seruitum dictae societatis et cetera.  
Quod si laborator tenetur duobus mercatoribus primiori solvatur.  
Quod si aliquis commiserit aliquid contra ius quod nullus debeat conuersari cum eo.  
Quod consules negotiatorum teneantur cogere et requiri facere omnes tinctorum tingentes drapos.  
Quod nullus fur nec eius heres possit laborare de dicta lana. fo. cc xxxij.  
Quod nullus possit mittere aliquem ad consilium nisi fuerit frater filius aut nepos.  
Quod quilibet debeat in scriptis dare ballas pro cum laboratas.  
Quod quilibet qui fuerit inuentus puerus pcederet.  
Quod nullus textor portet drapos minus ad pensam quam sit lana.  
Quod nullus dicat uerbum iniuriosum consulibus.  
Quod ille qui accepit lanam ad laborandum ab aliquo teneatur ad omnes condemnationes pro eo.  
Quod maroffery teneantur iurare et obseruare statuta.  
Quod nullus possit recedere de domo illius mercatoris in qua laborat absque eius licentia.  
Quod iurisdiclio spectet consulibus mercatorum. fo. cc xxxij.  
Quod mercatores qui fugam arripuerunt de ciuitate mediolani non possint ipsi nec eorum heredes laborare nec laborari facere de dicta arte.  
Quod aliqua persona non possit intrare societatem predictorum mercatorum nisi prius prestiterit idoneam cautionem coram consulibus seu officialibus dictae societatis.  
De lanis examinandis si sint defectuose et de precio restituendo illis qui emerint illas lanas.  
Quod drapi non fiant a centanariis triginta duobus supra.

Quod non debeant uendi drapi qui ascendunt a centum libris quin recipiant cartam.  
Quod consules et officiales habeant basiliam super predictis non obstante aliquo statuto. fo. cc xxxij.  
Quod officiales et consules possint illos de consilio condemnare.  
Quod debeat fieri unius locus ubi uendi debeant drapi mercatorum dictae societatis.  
Quod officiales et consules possint committere questiones uertentes inter mercatores follatores tinctorum et apparegiatores ad faciendum rationem.  
Quod officiales et consules non debeant audire aduocatos nec procuratores in questionibus coram eis uertentibus.  
Quod aliqua persona non debeat texere lanam in lino nec in stopa sine licentia ditorum officialium.  
Quod follatores tinctorum et apparegiatores teneantur satisfacere.  
De drapis lane ordinandis de paredis septem et media et ad brachia quadragintaquinque. fo. cc xxx.  
De pena uenditoris petiā seculare tincte uel parte ipsius si non fuerit bullata fo. cc xxxvij.

§ J A J S.

Impressa tabula statutorum  
Mediolani. Mcccclxxxij.  
die ultimo nouembris.



## Hec sunt statuta criminalia

Rubrica generalis de ordine procedendi in criminalibus.

### De accusatiõibus et denuntiatiõibus

In omnibus criminalibus seu maleficijs in quibus . Accusator seu denuntiator apparuerit non aliter procedatur nisi accusator uel denuntiator in scriptis dederit acusam seu denuntiationem in qua contineatur nomen et cognomen accusantis seu denuntiantis . et nomen et cognomen accusati uel denuntiatii et Annus et mensis commissi criminis et locus in quo dicatur maleficiũ fore commissum et testes et nisi illa accusa seu denuntiatio in quater no officij malefitorum fuerit scripta . Et nisi per accusantem . seu denuntiantem . primo iuratum fuerit acusam seu denuntiationem ueram esse et ea que in accusa seu denuntiatione continentur . Et nisi accusator seu denuntiator ydonee satisfecerit periculo approbantium fideiussorẽ de proseguendo acusam seu denuntiationẽ usq3 ad finem et de soluẽdo omnem condemnationẽ que fieret de ipso accusatore seu denuntiatore occasione illius accuse seu denuntiationis . et de restituendo expensas accusato seu denuntiato faciendas occasione illius accuse seu denuntiationis si ille accusatus seu denuntiatas non fuerit condemnatus de quibus expensis stetur sacramẽto accusati seu denuntiatii facta prius p iudicẽtas satisfactiõne legitima . Saluo q3 hoc statutum quo ad satisfactiõnẽ non uendicet sibi locum in illis personis que iurauerint propter paupertatẽ satisficere non posse in casibus in quibus non ingeratur pena sanguinis . Et hoc si suam uel suorum iniuriam proseguantur tam simplici cautione teneatur accusator seu denuntiator in eis casibus cauere sub obligatione sui et omnium suorum bonorum de soluẽdo omnem condemnationẽ que fieret de ipso accusatore seu denuntiatore occasione ipsius accuse . seu denuntiationis . et de expensis restituendis . si accusatus seu denuntiatas fuerit absolutus . Si uero accusa uel denuntiatio fuerit talis que contineat crimen ex quo pena sanguinis ingeratur . Non aliter procedatur nisi accusator uel denuntiator ydonee satisfecerit ut supra uel personaliter se captum constituerit in carceribus comunis mediolani in quibus retineatur quousq3 soluerit omnem condemnationem que fieret de eo occasione dicte accusationis uel denuntiationis et restituerit expensas factas per accusatum seu denuntiatum ut supra quibus casib3 iudex procedat in dicta accusa seu denuntiatione hoc adito quod ultra testes in causa nominatos possit accusans seu denuntians infra quindicim dies et non ultra ad te dellate accuse seu denuntiationis adere alios testes testibus noiatas i accusa et potestas teneat pdemnare accusantez



*Quod aliquis non possit esse Iudex uel notarius  
dicto officio nisi elapsis tribus annis.*

**A**liquis qui fuerit Iudex uel notarius dicto officio non possit esse ad dictum officium ultra Annum unum et elapso ipso anno non possit esse per se nec per submissam personam nisi elapsis tribus Annis.

*Quod nullus alius Iudicens se Intromitat de  
dicto officio bonorum rebelium et banitorum.*

**N**ullus ciuitatis uel comitatus Mediolani uel etiam aliunde nec comune nec uniuersitas audeat nec presumat respondere occasione bonorum rebellium comunis Mediolani uel banitorum quorum bona publicata sunt uel publicari debeant coram aliquo Iudice quam coram eo qui deputatus fuerit pro comuni mediolani ad dictum officium rebelium et banitorum comunis Mediolani ut supra et quod omnis processus qui fuerit ipsorum bonorum contra aliquam personam comune uel uniuersitatez ciuitatis comitatus Mediolani uel aliunde per alium Iudicem quam per illum qui deputatus fuerit per comune Mediolani ut supra ipso Iure nullius sit momenti nec possit per aliquem Iudicem mandari executioni. Per predicta tamen non derogetur nec derogatum esse intelligatur in aliquo officio potestatis nec exactoris aueris comunis Mediolani.

*Quod predicta statuta non uendicent sibi locum  
in eis qui uenerunt uel uenient ad Mandata  
comunis*

**P**redicta statuta nec aliquod eorum non uendicent sibi locum in illis banitis qui uenerunt uel uenient ad mandata comunis Mediolani nec in heredibus eorum nec alicuius eorum banitorum qui sunt aut erunt ad mandata comunis Mediolani

DEO

GRATIAS

AGEMUS.



## Hec sunt statuta civilia

Kubrica generalis de citationibus relationibus denuntiationibus et obligationibus.


### De ordine citandi in civilibus et de ordine citandi et referendi

**S**ervitor citationē aliquam decetero fecerit seu requestā portauerit in qua non sit Intentio Inserta et scripta propter quam citatus seu citandus in Jus uocatur et nomen Judicis et eius ad cuius petitionē fit citatio et ipsius citati seu citādi et seruitoris et eius qui citationē scripserit et terminus in quo comparere debet coram Iudice Incurat ipso facto penam decem soldorum tertiorum quam exigere Iudex teneatur abiqz alia cōdemnatione et processu omnibus Juris remediis quam citationem seu requestam teneatur seruator sub dicta pena dimittere citato seu citādo Si p̄sca liter fuerit citatus uel ad locum ubi citationem fieri contingerit et debuerit de qua citatione teneatur sub dicta pena seruator facere relationem tam ad requisitionem eius qui fecit citari quam etiā eius qui citatus erit uel contra quem uel in cuius preiudicium processus factus fuerit et si citatio aliter facta fuerit non ualeat nec secuta exinde.


#### De citatione absentis.

**Q**uilibet ciuitatis et comitat⁹ Mediolāi q se cū familia uel Quoyori parte familie uel non relicta aliqua familia absentauerit a ciuitate et comitatu Mediolāi possit pro quolibet debito publico uel priuato requiri et citari ad domum ubi habitat tempore absentationis. Si habitationem habebat et si non habebat ubi psueuit habitare et publice in contrata in qua sit ipsa domus Et ultra ad scallas palacii noui comunis Mediolani spatio octo dierum ad minus assignato Et ipsa citatio in dictis tribus locis sic facta habeatur pro legitima citatione Et omnes processus contra taliter citatum facti ualeant et teneantur et executioni Mandentur et si legitime esset citatus. Itē quod quilibet absēs conueniri possit in ciuitate Mediolani qui non habeat nec habere psueuerit habitationem in ciuitate nec comitatu Mediolāi possit citari hoc modo uidelicet quod citetur ad scallas pallatii noui comunis Mediolani et ad arengeriam seu lobiam de oxis positam in broleto comunis Mediolani ad fores ecclesie Mediolani facto sono tube premissis hora sexte uel hora uesperorum uel circa dimissis copijs citationis i qua






Gio Francesco arditio notario in Borgoficino. In Jatta  
 notario a li octo del mese di Zenaro del anno mo 1552  
 in nouara p m<sup>s</sup> Sandenke Balmo. et m<sup>s</sup>  
 Gu mia clappa abati. p<sup>re</sup> m<sup>s</sup> Baptista auogadro.  
 et m<sup>s</sup> Lawrence zavesla el qua fu rogato del Justo  
 del notariato. Loms. deo semp am<sup>e</sup>. q suo signo Justo





1570 al 9.º Genova

Emilio del miles notario publico nouarese, fumatu in loco di S. et  
anno 1570 del s. scipione Gallarati et m.º vincaldis  
Papaaglione ambi abbati del collegio di nouara  
intorno rogato per m.º cesare padano Rodaro  
m.º francesco succerchini Rodaro in onegna et m.º  
Hier.º Rodaro mercante in nouara et m.º Laurentio  
Inguino Rodaro in nouara et molti altri.





## ¶ Hec sunt statuta extraordinaria

### De his qui tenentur sustinere onera rusticana et diuisione ipsorum onerum.

Omnia onera Rusticorum soluere debeant illi qui erunt habitatores uillarum in festo sancti martini alicuius anni. Et Intelligentur habitatores in festo Sancti martini etiam si die festi sancti martini ibi non habitassent duz modo ibi habitauerint ante ipsum festum aliquo die Infra octo dies proxime precedentes ipsum festum et post festum citra festum natiuitatis dñi reperiant ibi habitare si fuerint illuc aliter q̄ eundo et redeundo ea die uel sequenti uel laborabunt terras suis proprijs manibus usq; quo grossum ab eis seminatum fuerit et unusquisq; suam partem onerum soluat et sustineat Et hoc p̄ illo anno quo steterit in illa terra in festo Sancti martini ut supra uel terram suis proprijs manibus laborauerit ut supra secundum extimium suum q̄ habet uel habebit in locis seu terris illis in quibus steterit uel laborauerit ut supra Et illa onera sales et officiales scilicet sotiorum suorum et de uicinis tam diuitum q̄ pauperum diuidant que onera soluere debent omnes homines preter q̄ Capitaneus et nobiles uasatores et ciues Mediolani scilicet de plapia Mediolani ex paterna linea aut qui pro habitaculo steterit in ciuitate Mediolani cum familia sua annis triginta p̄tinuis. Idem sit de burgenibus.

### De ceruedis sustinendis ubi quis habitat.

Ceruede fiant in ea parte in quam quis habitabit tempore ipsius ceruede tantum Et si aliter factum fuerit non ualeat nec teneat ipso iure Et si qua p̄demnatio ea occasione fieret non ualeat nec teneat ipso iure nec exigi possit aliquo modo.

### De p̄partitione salariorum et uicariorum et certorum aliorum onerum.

Sallararia uicariorum rectorum p̄sulum officialium aduocatorum p̄curatorum syndicorum uicariate et uicture que fiunt aliter q̄ exercitium et dona seu res mobiles que donantur predictis uel alicui predictorum aut alicui magnato uel potenti sustineantur uidelicet due partes p̄ habere et tertia pars pro personis super extimis seu facultatibus que interesse haberent et in ea parte in qua habitant tempore impositionis illius oneris et Inter maiores annorum decem et octo.

### De diuisione et p̄partitione q̄plurium onerum.

*[Handwritten signature]*



# Statuta datiorum

**Quod pducentes et portates mercadantias int' ciuitatem uel coitatum mediolani uel extra teneatur soluere datioris denarios duodecim pro libra ad introitum uel exitum.**

**Q**uilibet psona undecūqz sit et cuiuscūqz pdiciōis et stat' existat q̄ ducet uel portabit seu duci uel portari faciet cū plaustris uel sup plaustris uel ego seu alijs qbuslibet bestijs uel sup dosso ali quas mercadantias intus ciuitatez uel coitatu mediolani nec extra ciuitatē uel comitatum mediolani ubi uelint esse accepta uel uēdita seu ēpta debeat et teneatur soluere pedagiū cōis mediolani denarioꝝ .xij .p libra de ipsis mercadantijs ad introitum et exitum ciuitatis et comitatus mli uidelicet de illis mercadantijs que ducerentur et portarentur ad ciuitatē mediolani uel intus coitatum uel extra ciuitatē mediolani officialib' ad hoc deputatis uidelicet ad portas ordinatas saluo tamē et reseruato q̄ illi merchatores qui duxissent uel duci fecissent intus ciuitatem uel coitatu mediolani aliquas mercadantias quod possint et eis liceat illas mercadantias ducere seu duci facere extra ciuitatem uel comitatum **M**ediolani infra dies quinque post conductionem ipsarum mercadantarum ipsis soluentibus denarios quatuor tertioꝝ pro libra pro exitu .vnta men ipsas mercadantias non uederint uēdiderint uel alienauerint alicui persone . et qui ptrafecerit perdat ipsas mercadantias de quibus non fuerit pedagium solutum.

**Quod mercadantie ducantur per portam romanam uel uercelinam.**

**Q**uilibet qui duceret uel portaret seu duci uel portari faceret aliqs mercadantias ad ciuitatē mediolāi debeat eas ducere uel duci facere p portam romanam uel uercelinam et soluere dictū datiuꝝ duodecim denarioꝝ pro libra de ipsis mercadantijs officialibus super hoc deputatis . et qui ptrafecerit perdat ipsas mercadantias de qb' ptrafactū fuerit

**Quod de mercadantijs que ducunt in nauibus soluantur datiu ad passus et trauerfus seu port' ordinatos.**

**Q**uilibet psona undecūqz sit et cuiuscūqz pdicionis et status existat que duceret uel duci faceret aliquas mercadantias de quibus solui deberet dictum datium aut solitum sit solui in aliquibus nauibus uel super aliqbus cepatis plaustris uel bobus uel alijs quibuscūqz bestijs per lacum maiore flumē ticini abduē et alia flumina comitatus mediolāi



# **Hec sunt statuta mercatorum**

## **De duodecim consulibus eligendis et habendis**

**I**n primis nanque statuerunt qd societas et coitas mercatorum mediolani semper more solito bere debeat duodecim cosules qui appellentur et sint consules strate. ex quibus duo sint abbates. quorum abbatia duret per menses duos. et illi consules eligantur oi anno de diebus quindecim uel circa ante kalendas ianuarij et durent per annuz

**E**t eligant hoc mo uidelicet qd in consilio mercatoru in camera mercatoroz cogregato more solito currant sortes decedocto bona fide. et illi qui eas bebunt statim in eo consilio uel antequa exeant de camera eligant duos bonos uiros et idoneos cofuetos mercatores in consules strate qui tepore electois illius mercadatiā faciāt seu mittāt per stratā. qui duo sic electi statim citentur ut ueniant corā abbatibus mercatorū et iurent ipsum consulatū et electōem infra scriptā facere bona fide sine fraude. et eligant insil et concorditer decē alios consules strate et usitatos mercatores in tota ciuitate mittentes per stratās. et bere debeant dicti cosules pro suo salario a predicta societate soldos uiginti quique tertio loz pro quolibet eorum in anno et non plus.

## **De squadrīs seu coblis eorum faciendis**

**A**cta predicta electione consulū strate statim seu quā citius fieri poterit et ante kalendas ianuarij fiant squadre seu coble sex de ipis consulibus ita qd duo ipsozum sint abbates duobus primis mensibus et alia cobla alijs duobus et sic de alijs usque in fine anni. et ordinentur et determinentur per sortes uel alio mo prout conuenerint illi consules quibus mensibus debent esse abbates quilibet eorum. et scribantur in libro societatis mercatorū. et illi qui fuerint abbates teneantur et debeant tepore sue abbatie uenire bis in die ad curiam cois mediolani horis consuetis pro reducendis mercatoribus ad camerā si opus fuerit. et pro procurādīs negotijs dicte coitatis prout expedient nisi remanserit iusto impedimento. et durante eorum abbatia si iret exercitus per cōe mediolani ipsi nec notarij camere mercatorū nō teneantur nec debeant ad eū ire sed moretur ī ciuitate mediolani ex predictis decausis.

## **De consilio generali. xxiiij. mercatorum strate.**

**I**tem statuerunt et ordinauerunt qd cum uno abbatū dicte uniuersitatis uiginti quatuor mercatores strate quicūque cogregati fuerint in camera mercatorū mediolani sint et esse intelligantur generale consilium mercatorū ciuitatis et coitatus mediolani et pro generali consilio totius



238

## Statuta mercatorum lane

*De officio consulum qui faciunt laborare*

**S**int quatuor consules huius societatis qui consules debeant durare per mediū annum et non ultra et debeāt icipere officium suum in kalendis ianuarij pro medio āno et alij consules sequentes debent icipere officium suum in kalendis iulij pro secundo medio āno. quorū unus debeat sedere et ius reddere cū consulibus mercatorū magnozū. et q̄ habeat illud salarium quod habent alij et q̄ ab bates mercatorū eligant de predictis quatuor que uelint sedere cū consulibus mercatorū magnozū durantū per annū unū et prout fieri cōsuevit.

*Quod nullus possit facere robari aliquē drapum datum alicui apparegiatori uel tinctori*

**N**ulla persona in ciuitate et suburbij mediolani possit nec debeat robare nec robari facere aliquē drapum nec aliquos drapos nec aliquā rē que data fuerit uel fozet per aliquē superscripte societatis uel per aliquā personā alicui tinctori follatori uel apparegiatori pro tīgendo uel apparegiando uel follando. et hoc pro aliquo debito publico uel priato superscriptorū tictoris uel apparegiatoris uel follatoris. et qui contrafecerit condēnetur ille creditor procurator et seruator in soldis centum tertio lorū pro quolibet eorū et qualibet uice. et ultra ad restitutōem rei per eodē de robate. et quilibet iudicē consul et rector possit et teneatur cogere illos qui predicta robarent ad faciendū reddere et restituere res robatas absque aliqua prestatōe pecunie. que penna cōmittatur nisi ille qui predicta robaret infra tertiā diem postquā ei notificatū fuerit et probatū reddiderit et restituerit res per eum robatas illi cuius fuerint.

*Quod consules possint facere inquisitiones cōtra furātes.*

**C**onsules possint inquirere et inquisitionem cōtra oēs et singulos furātes uel qui hinc retro furassent aliquā lanā uel aliquē drapū uel aliquid aliud pertinens ad dictā negociatōem mercatorum uel aliquod furtū cōmittentes uel qui hinc retro cōmisissent ipsos de dicta societate et pira recipientes uel qui hinc retro recepissent ipsa furtā. et ipsa inquisitione formata et facta statim eā dare debeant domino potestati mediolani uel eius iudicibus uel alicui eorū. et q̄ dominus potestas et eius iudex possint et teneatur procedere secundum illam inquisitionem et eā inquisitionem augere et diminuerē prout eis uidebitur expedire.

*Quod si contingat aliquem tormentari q̄ officiales dictorū mercatorum possint interesse illi tormento*



De penna uendentis petiam scarlatetincte uel  
partem ipsius si non fuerit bullata

**N**ulla persona audeat uendere aliquam petiam scarlate tinctam nec  
partem ipsius petie si esset facta in mediolano nisi super ipsa petia  
fuerit bulla cois mediolani qua bullantur alij drapi de mediolano ad hoc  
ut emptor possit scire si scit scarlata mediolanensis uel no et ne ex hoc de  
cipiatur. et hoc sub pena libraru quinquaginta tertioolorum. et ne fraus i  
predictis possit committi statuitur quod quelibet petia scarlate mediola  
nensis debeat bullari ab utroque capite petie. ita qd si petia talizetur sem  
per reperiatur dicta bulla. et sub eadem penna nullus drapus nec uendi  
tor draporum audeat uendere nec ostendere alicui pro uendendo aliqua  
petiam scarlate mediolanensis nec partem ipsius nisi super ea fuerit dicta  
bulla.

Explicit liber statutoruz inclite ciuitatis Mediolani ibide annuete deo  
diligenter impressus opera et impesa egregij magistri Pauli de suardis  
anno domini. MCCCCLXXX. die. xx. decembris.

Laus deo.



19253